

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae & politicae**

**Goclenius, Rudolph**

**Marpurgi Cattorum, 1601**

"Splendore natalium, et virtutem illustibus ac generosis domini [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109121)



*SPLENDORE NATALIVM, ET VIRTVTVM IL-*

*lustribus ac Generosis Dominis, Dn. WOLRA-  
DO, & Dn. CHRISTIANO, Comitibus Wai-  
decia, &c. verè studiosis in celeberrima Academia Ar-  
gentoratenſi, Dominis & patronis ſuis per-  
quàm clementibus.*

**S**OCRATÈS, videns præ studio phy-  
ſico diſciplinam morum paſſim ne-  
gligi, quæ, inquit, ſupra nos, nihil ad  
nos; Ideoq; philoſophiam de cælo  
devocatam in urbibus collocavit, in domos  
introduxit, & de vita & moribus rebusq; bo-  
nis & malis quærere cœgit. Hunc ego quan-  
tumvis longo intervallo ſecutus, Scholis  
meis ceteris, quas requiſivit à me Moderato-  
ris philoſophicarum diſputationum officiũ,  
ſemper adjunxi Ethicas, ex primigeniæ veri-  
tatis luce reliqua, & incommutabili ſempi-  
ternaq; naturæ lege ferè deductas. Has caſti-  
gatas & auctas nunc quartum edo. Cogitans  
autem, cui, pro more atq; inſtituto ſcriben-  
tium, eas dedicarem, vos, illuſtres elegantio-  
rum literarum ſtudioſi, delegi: partim ut meã  
erga inclytam veſtram domum (cujus lumi-  
nã, laudatiſſimè memoriæ avus & pater veſtri  
) : ( 2 Dn. Eu-

P R A E F A T I O.

Dn. Eubulus pius & eximie doctus, & Dn. Jo-  
 fias quondam S. I. R. Electoribus, Augusto  
 & Christiano propter heroicæ virtutes ca-  
 rus, sunt non obscura) observantiam & offi-  
 cium publicè declararem, partim ut vos, licet  
 per vos ipsi diligenter adhuc faciatis officium  
 vestrum, magis tamen magisq; ad rerum pul-  
 cerrimarum studia, quæ ad omnem partem  
 civilis administrationis aliquid momenti af-  
 ferunt, unà cum optimo vestro præceptore  
 excitarem, & occasione lectionis harum ex-  
 ercitationum ad Ethicam deducere, ante-  
 quam Jurisprudentiæ latifundia ingredere-  
 mini. Accipietis igitur (quod demisè peto)  
 benevolè hoc munusculum, nec ab ætate nec  
 à persona vestra alienū, & deinceps quoq; in  
 avita & paterna vestigia, omni laude cumula-  
 ta insistentes, honestissimè de philosophicis  
 studiis sentietis, studioq; infatigabili in eam  
 incumbetis (id quod etiam à vobis expectant u-  
 nicè alteri illi vestri parentes, Illustr. & Gene-  
 rosi Domini, D. Georgius ab Erbach, & D. Si-  
 mon, Comes Lippiens. &c.) Erga me deniq;  
 clementer affecti eritis. Benè valeant Cl. V.  
 publico bono. Marpur. 26. Mart. Anno 1601.

V. G. Cl.

*Observantis.*

*Rodolphus Guelenius  
 civis Corbachianus.*

10550